

Johann Murnellius

**LOCI COM=||MVNES SEN=||TENTIOSORVM || VERSVVM EX ELEGIIIS || Tibulli,  
Propertij || & Ouidij.|| A || IOHANNE MVRMEL-||lio diligenter collecti.||(EX Q.  
HORATIO FLACCO || Ode secunda, libri secundi, ad || Crispum Salustium,||)**

Magdeburg: Kirchner, Wolfgang, 1586

<https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1869495985>

Druck Freier  Zugang





Regional-  
bibliothek  
Neubrandenburg

[https://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn1869495985/phys\\_0001](https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1869495985/phys_0001)

Mecklenburg  
Vorpommern 

KB AT 097.1-6

1511

1511

1511



Regional-  
bibliothek  
Neubrandenburg

[https://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn1869495985/phys\\_0002](https://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn1869495985/phys_0002)

Mecklenburg  
Vorpommern



LOCICOM  
MVNESSEN  
TENTIOSORVM  
VERSVMEX ELEGIIIS  
Tibulli, Propertij  
& Ouidij.

A

IOHANNEMVRMEL-  
lio diligenter collecti.




MAGDEBVRGI

VVolfgangus Kirchnerus ex-  
cudebat. Anno

M. D. LXXXVI.

IOHANNES  
MVRMELLIVS

puero bonarum arti-  
um studioso,



**E**N tibi de tetræ selectum sordibus aurum,  
Ut rindo fias dirior eloquio.  
En tibi de rigidis secreta rosaria spinis,  
Ut citra vulnus florea ferta pares.  
En tibi ne noceant incauto gramina ponti,  
Prompta vides studijs optima queq; tuis.  
Qui Veneris rumeros & erotica carmina ludunt,  
Abdita sub dulci melle venena ferunt.  
Hos puer euites, moneo, ne blanda voluptas  
Te miserum cogat turpia ferre iuga.  
Inde tamen sectos securo pectore versus  
Fac discas, quos dat nostra Minerva tibi.

Quo.



Regional-  
bibliothek  
Neubrandenburg

[https://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn1869495985/phys\\_0004](https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1869495985/phys_0004)

Mecklenburg  
Vorpommern



**Q**uoniam meminimus, gentiles & lubricos  
Poetas non esse iuuentuti tradendos, ne cum  
paleis ipso etiam grano priuentur, operæ pre-  
cium erit, selectas & vtilis quasq; sententias ab  
vniuersis quantumuis aliqui impudicū, ludimagi-  
stro examusim & solerter extractum iri, quibus pro-  
facetys, pro moribus, pro maiori rerum experientia,  
pro quotidianis prouerbys, pro solatio, pro multorū  
applicatione negociorum, pro aliarum literarum in-  
telligentia, scholastici vti possint. Quales sunt ex Na-  
sone: Nitimur in vetitum semper cupimusq; negata.  
Turpius eycitur &c. Principys obsta sero medicina  
paratur. Ocia si tollas periere Cupidinis arcus. Quod  
caret alterna requie durabile non est. Hic enim &  
consimilibus Poetarum floribus non solum Christiani  
& Theologi in suis scriptis vsi sunt, sed & sacratis-  
simarum legum glossæ passim resperse sunt eis. Per-  
quirantur ergo in Nasone, cæteriq; Qui enim  
e nuce nucleum esse vult, fran-  
git nucem.

Ex Isidoneo germanico Jacobi VVimphelin-  
gij, de floribus Poetarum.

Capite 3.

A 2

Alb̄j



ALBII TIBULLI EQVITIS RO-  
mani versus selecti, ex primo libro  
Elegiarum.

Sis modicis contentus, opum & magi-  
stratum contemptor.

**D**ivitiis alius fuluo sibi congerat auro,  
Et teneat culti iugera magna soli.  
Quem labor assiduus vicino terreat hoste,  
Martia cui somnos classica pulsa fugent.  
Me mea paupertas vita traducat inerti,  
Dum meus assiduo luceat igne focus.  
Exiguis nihil est detrahendum,  
At vos exiguis pecori furesq; lupiq;  
Parcite, de magno est praeda petenda grege,  
Tempore omnia sunt peragenda,  
Longa dies homini docuit parere Leones,  
Longa dies molli saxa peredit aqua.  
Annus in apricis maturat collibus vuas,  
Annus agit certa lucida signa vice.  
Tempus iuventutis non est terendum,  
At si tardus eris, errabis, transiet aetas  
Quam cito, non seignis fiat remeatq; dies!  
Quam cito purpureos deperdit terra colores,  
Quam cito formosas populus alta comas,  
Quam iacet, infirmæ venere ubi fata senectæ,  
Qui prior Elæo est carcere missus equus.

Vidi



Vidi iam iuuenem premeret cum senior ætas,  
Mœrentem stulto præterisse dies.  
Beneficio carminum homo fit immortalis.  
Carmine purpurea est Nisi coma, carmina ni sint,  
Ex humero Pelopis non nituisset ebur.  
Quem referunt Musæ, viuet dum robora tellus,  
Dum cælum stellâs, dum vehet amnis aquas.  
Laudes vini decantantur.  
Iste liquor docuit voces insnectere cantu,  
Mouit & ad certos nescia membra modos.  
Bacchus & agricolæ magno confecta labore,  
Pectora tristitiæ dissoluenda dedit.  
Bacchus & adflictu requiem mortalibus adfert,  
Crura licet dura cum pede pulsa sonent.  
Vtendum est florida ætate.  
At tu dum primi floret tibi temporis ætas,  
Vtere, non tardo labitur illa pede.  
Periurium pœna manet.  
Ab miser & si quis primo periuria celat,  
Sera tamen tacitis pœna venit pedibus.

Lucri cupiditas, multos laboribus &  
periculis exponit.  
Lucra petens habili tauros adiungit aratro,  
Et durum terræ rusticus vrget opus.  
Lucra petituros parentia per freta ventis,  
Ducunt instabiles sydera certa rates.  
Pudicitia non est auro vendenda.

A 3

Admo.



Regional-  
bibliothek  
Neubrandenburg

[https://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn1869495985/phys\\_0007](https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1869495985/phys_0007)

Mecklenburg  
Vorpommern



Admonui quoties auro ne pollue formam?  
Sæpe solent auro multa subesse mala.  
Ex diuinijs & auro bella sunt exorta?  
Quis fuit horrendos primus qui protulit enses?  
Quam ferus & vere ferreus ille fuit.  
Tunc cædes hominum generi tunc prælia nata,  
Tunc brènior diræ mortis aperta via est.  
At nihil ille miser meruit, nos ad mala nostra  
Vertimus, in sauas quod dedit ille feras.  
Diuitis hoc vitium est auri, nec bella fuerunt,  
Faginus astabat quum scyphus ante dapes.  
Non arces, non vallus erat, somnumq; petebat  
Securus varias dux gregis inter oues.

Furor bellorum pessimus est, meliusq; est domi  
pauperem viuere, quam bellando  
cruentas opes quaeritare.

Quis furor est atram bellis accersere mortem?  
Imminet & tacito clam venit illa pede.  
Non seges est infra, non vinea culta, sed audax  
Cerberus & stygiæ nauita puppis aquæ,  
Illic percussusq; genus vstog; capillo,  
Errat ad obscuros pallida turba lacus.  
Quam potius laudandus hic est, quem prole parata,  
Occupat in parua pigra senecta casa.  
Ipse suas sectatur oues, at filius agnos,  
Et calidam fesso comparat vxor aquam.

Pacis

Pacis præconia.

Interea pax arua colat, pax candida primum

Duxit araturos sub iuga curua boues.

Pax aluit vites, & succos condidit vuae,

Funderet vt nato testa paterna merum.

Pace bidens vomerq; vigent ac tristia duri

Militis in tenebris occupat arma situs.

Rusticus è lucoq; vehit malè sobrius ipso

Vxorem plaustro, progeniemq; domum.

EX SECVNDO LIBRO ELEGI-  
arum Tibulli.

Festis diebus rei diuinæ vacandum est.

Luce sacra requiescat humus, requiescat arator,

Et graue suspensò vomere cessat opus.

Soluite vincla iugis, nunc ad præsepia debent,

Plena coronato stare boues capite.

Omnia sint operata Deo, non audeat vlla,

Lanificam pensis imposuisse manum.

Castitas mundiciestq; superis accepta est.

Casti placent superis, pura cum veste venite,

Et manibus puris sumite fontis aquam.

Mala prædæ.

Ferrea non Venerem, sed prædam secula laudant,

Præda tamen multis est operata malis.

A 4

Præda



Præda feras acies cinxit discordibus armis,  
Hinc cruor, hinc cædes, mors propiorq; venit.  
Præda vago iussit geminare pericula ponto,  
Bellica cum dubijs rostra dedit ratibus.  
Spei commoda.  
Iam mala finissem letho, sed credula vitam  
Spes fouet, & melius cras fore semper ait.  
Spes alit agricolas, spes sulcis credit aratis  
Semina, quæ magno fœnore, reddat ager.  
Hæc laqueo volucres, hæc captat arundine pisces,  
Cum tenues hamos abdidit ante cibus.  
Spes etiam valido solatur compede vinculum,  
Crura sonant ferro, sed canit inter opus.

EX TERTIO LIBRO ELE-  
giarum Tibulli.

Opes non leuant nos curis,  
Non opibus mentes homini curæq; leuantur,  
Nam fortuna sua tempora lege gerit.  
Nocturna somnia sæpe vanos timores  
inijciunt.  
Somnia fallaci ludunt temeraria nocte,  
Et pauidas mentes falsa timere iubent.  
Fœminæ sunt inconstantes.  
Ab crudele genus, nec fidum fœmina nomen,  
Ab pereat, didicit fallere si qua virum.  
Blandis verbis homines exorantur.

Ergo



Ergo ne dubita blandas adhibere querelas,  
Vincuntur molli pectora dura prece.

Fructus ante maturitatem non sunt  
carpendi.

Quid fraudare iuuat vitem crescentibus vni,  
Et modo nata mala vellere poma manu?  
Mente contristata simulare gaudium  
difficile est.

Hei mihi difficile est imitari gaudia falsa,  
Difficile est tristi fingere mente iocum.

Nec bene mendaci risus componitur ore,  
Nec bene sollicitis ebria verba sonant.  
Fœliciter sapit is, qui periculo alieno sapit.

Vos ego nunc moneo, felix quicumq; dolore  
Alterius discas posse carere tuo.

#### PROPERTII AVRELII

Umbri versus selecti, ex secundo  
libro elegiarum.

De suis quisq; verba facit.

Nauita de ventis, de tauris narrat arator.

Enumerat miles vulnera, pastor oves.

Amor non est sanabilis

Omnes humanos sanat medicina dolores,

Solus amor morbi non amat artificem.

Furor fit, lesa sæpius patientia.

Non solum taurus ferit vnicuique cornibus hostem,

Verum etiam instanti lesa repugnat ouis.

A 5

Omnia



Omnia mutantur.

Omnia vertuntur, certe vertuntur amores.

Vinceris, aut vincis, hæc in amore rota est.

Magni sæpe duces, magni cecidère Tyranni,

Et Thebæ steterant, altaq; Troia fuit.

Fœminæ sunt fallaces, varix & mutabiles.

Sed vobis facile est verba & componere fraudes,

Hoc vnum didicit fœmina semper opus.

Non sic incerto mutantur flamine Syrtis.

Nec folia hyberno tam tremefacta noto.

Quàm citò fœminea non constar fœdus in ira,

Sive ea causa graui, siue ea causa leuis.

Voluntas tæpe laudanda est, vbi vires desunt.

Quod si deficiunt vires, audacia cerre

Laus erit, in magnis & voluisse sat est.

Nihil infœlicius homine, qui turpi amo-  
re captus est.

Darius in terris nihil est, quod viuat amante,

Nec modo si sapias, quod minus esse velis.

Figura colorq; naturalis, nemini vitio  
datur.

Vt natura dedit, sic omni recta figura,

Turpis Romano Belgicus ore color.

Securius est duo habere, quam vnum.

Nam melius duo defendunt retinacula nauem,

Tutius & geminos anxia mater alit.

Senio & vetustate confecta, quiescunt.

Miles



Miles depositus annosus secubat armis,  
Grandaeque negant ducere aratra boues.  
Putrum & in vacua requiescit nauis arena,  
Et vetus in templo bellica parma vacat.  
Nihil homini est diuturnum,  
Nec forma aeternum, haud cuique est fortuna perennis  
Longius aut propius mors sua quemque manet.  
Mala vini.  
Vino forma perit, vino corrumpitur aetas,  
Vino sepe suum nescit amica virum.

EX TERTIO LIBRO ELE-  
giarum Propertij.

Post obitum maior laus, bonis & do-  
ctis prouenit.

Omnia post obitum fingit maiora vetustas,  
Maius ab exequijs nomen in ora venit.  
Decus ingenio comparatum, mortem euadit, æ-  
dificia autem vel maxime sumptuosa,  
veritate destruantur.  
Nam neque pyramidum sumptus ad sidera ducti,  
Nec Iouis Elæi cælum imitata domus.  
Nec Mausolæi diues fortuna sepulchri,  
Mortis ab extrema conditione vacat.  
Aut illis flamma, aut imber subducet honores,  
Annorum aut ictu pondere victa ruent,  
At non ingenio questum nomen ab æuo  
Excidet, ingenio stat sine morte decus.

Cuius



Cuiuscunq; conditionis homines mors  
rapit ad inferos.

Haud vllas portabis opes Acherontis ad vndas,  
Nudus ad infernas stulte vehere rates.

Victor cum victis pariter miscbitur vmbis,  
Consule cum Mario capte Iugurtha sedes

Lydus Dulichio non distat Cræsus ab Iro,  
Optima mors, parca que venit apta die.

Seruorum est munus non mentiri,  
Omnis enim debet sine vano nuncius esse,  
Maioremq; timens seruus habere fidem.

Mala auaritiæ.

Ergo sollicita tu causa pecunia vitæ es,  
Per te immaturum mortu adimus iter.

Tu vitis hominum crudelia pabula præbes,  
Semina curarum de capite orta tuo.

Insautas & mercatores, periculis maris  
se ob auaritiã exponentes.

Ite rates curuæ & leibi quoq; texite causas,  
Ista per humanas mors venit acta manus.

Terra parum fuerat, terris adiecimus vndas,  
Fortune miseris auximus arte vias.

Ancora te teneat, quem non tenuere penates,  
Quid meritum dicas, cui sua terra parum est?

Ventorum est quodcumq; paras, haud vlla carina  
Consenuit, fallit portus & ipse fidem.

Natura

Natura insidians pontum substrauit auaris,  
Ut tibi succedat vix semel esse potest.  
Onus cui impar sis, ne subiueris.  
Turpe est quod nequeas capiti committere pondus,  
Et pressum inflexo, mox dare terga genu.  
Omnia non pariter rerum sunt omnibus apta,  
Fama nec ex æquo ducitur vlla iugo.  
Varias hominibus dorés natura distribuit,  
Sunt quibus Fleæ concurret palma quadrigæ,  
Sunt quibus in celeres gloria nata pedes.  
Hic satus ad pacem, hic castrensibus utilis armis.  
Naturæ sequitur semina quisq; suæ.

Experientia, est prouidentix Magistra.  
Venturam melius præfagit nauita mortem,  
Vulneribus didicit miles habere metum.  
Aurum nunc in terris dominatur.  
Aurum omnes victa iam pietate colunt.  
Auro pulsa fides, auro venalia iura.  
Aurum lex sequitur, mox sine lege pudor.

Mors est inenitabilis.  
Sed tamen huc omnes, hic primus & vltimus ordo  
Est mala, sed cunctis ista terenda via est.  
Exoranda, canis tria sunt latrantia colla,  
Scandenda est torui publica cymba senis.  
Ille licet ferro cautus se condat & are,  
Mors tamen inclusum protrahit inde caput.

Nerea



Nereæ non facies, non vis exemit Achillem,  
Cræsum aut Pæctoli, quas parit humor oper.

EX IIII. LIBRO ELEGIA-  
rum Propertij.

Iusta causa Virtutem militis promouet,  
iniusta deprimis.

Frangit & attollit vires in milite causa,  
Quæ nisi iusta subest, excutit arma pudor,  
Ab infernis non licet quenquam reuocate,  
Panditur ad nullas ianua nigra preces,  
Cum semel infernas intrarunt funera leges,  
Non exorato stant Adamante viæ.

PVBLII OVIDII NASONIS  
versus selecti ex vnico libro episto-  
larum Heroidum.

In deceptores puellarum.

Fallere credentem non est operosa puellam.

Gloria, simplicitas digna fauore fuit.

Facta à fine, non ab euentu sunt vel pro-  
banda, vel improbanda.

Exitus acta probat, careat successibus opto.

Quisquis ab euentu facta notanda putat.

Intracta delibare iucundum est.

Est aliquid plenis pomaria carpere ramis,

Et tenui primam deligere vngue rosam.

In leuitatem, nimij cultus.

Sins



Sint procul à nobis iuvenes vt fœmina compri,  
Fine coli modico forma virilis amat.

Interdum requiescendum est.

Quod caret alterna requie durabile non est,  
Hæc reparat vires, fessaq; membra leuat.

Quæ merito pateatis, facile ferenda sunt.

Leniter ex merito quicquid patiare ferendum est,  
Quæ venit indignè pœna, dolenda venit.

Cygnus vicina morte solito dulcius canit.

Sic vbi fata vocant, vâs abiectus in herbis,  
Ad vada Meandri concinit albus olor.

Coniugium inæqualium malum est.

Quàm male inæquales veniunt ad aratra iuenci,  
Tam premitur magno coniuge nupta minor.

Non honor est, sed onus species læsura ferentes,  
Si qua voles aptè nubere, nube pari.

Exprobratio immemoris beneficii iuuat.

Est aliqua ingrato meritum exprobrare voluptas,  
Hac fruuar, hæc de te gaudia sola feram.

Aliena ne cupias.

Disce meo exemplo formosis posse cavere,  
Est virtus placitis abstinuisse bonis.

Sero venis ad id, quod alter occupauit.

Ad possessa venis, præreptaq; gaudia serus,  
Spes tua lenta fuit, quod petis, alter habet.

Principio obscœni amoris fortiter res-  
sistendum est.

Dum



Dum nouus est, capto potius pugnemus amori,  
Flamma recens parua sparsa resedit aqua.  
In hospitibus & externis non est amo-  
ris constantia.

Certus in hospitibus non est amor, errat ut ipse,  
Cumq; nihil speres firmitus esse, fugit,  
Periculosum est se aquis credere.

Arte laborata merguntur in aequore puppes,  
Tu tua plus remis brachia posse putas?  
Adulterium non est committendum.

Elige de vacuis quam non sibi vendicet alter,  
Si nescis, dominum res habet ista suum.  
Deus non maculata pecude, sed fide & iustis  
operibus placatur.

Non boue maculato caelestia numina gaudent,  
Sed quae praestanda est, & sine re ste, fide.  
Quod formae deest, ingenio compensa.

Si mihi difficilis formam natura negauit,  
Ingenio formae damna rependo mea.

EX I. LIBRO ELEGIARVM  
sue amorum Ouidij.

Leue fit, quod bene fertur onus,  
Vidi ego iactatas mota face, crescere flammam,  
Et vidi nullo concutiente mori.

Verbera plura ferunt, quam quos iuuat usus aratri,  
Detrectant pressi dum inga prima boues.

Affer-

*A*per equus duris contunditur ora lupatis,  
Fræna minus sentit, quisquis ad arma facit.  
In bello portæ clauduntur, pacis vero  
tempore aperiendæ sunt.

*U*rbibus obsessis, clausæ munimina portæ  
Profunt, in media pace quid arma times?

Nox amor & vinum turpia suadent,  
Nox & amor vinumq; nihil moderabile suadent,  
Illa pudore vacat, Liber amorq; metu.  
Tempus celerrime aufugit.

*L*abitur occulte, fallitq; volatilis ætas,  
Et celer admissis labitur annus equis.

Ufus rei prodest, negligentia obest,  
Æra nitent vsu, vestis bona querit haberi,  
Canescunt turpi tecta relicta situ.  
E multis facilior est rapina.

*C*ertior è multis, nec tam inuidiosa rapina est,  
Præda venit canis de grege plena lupis.

*I*ra non sit diuturna.

*S*ed nunquam dederis spaciosum tempus in iram,  
Sæpe similtates ira morata facit.

*L*uxuria cum omni ætati turpis, tum senes-  
tuti foedissima est.

*Q*ue bello est habilis, Veneri quoq; conuenit ætas,  
Turpe senex miles, turpe senilis amor.

*S*oporatos & inermes, facile est op-  
primere.

*B*

*Sæpe*



Regional-  
bibliothek  
Neubrandenburg

[https://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn1869495985/phys\\_0019](https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1869495985/phys_0019)

Mecklenburg  
Vorpommern



Sæpe soporatos inuadere profuit hostes,  
Cedere & armata vulgus inerme manu.  
De turpi quaestu.  
Non benè conducti vendunt periuria testes,  
Non benè selecti iudicis arca patet.  
Turpe reus empty miseros defendere lingua,  
Quod faciat magnas turpe tribunal opes.  
Turpe tbori reditu census augere paternos,  
Et faciem lucro prostituisse suam.  
Vbi copia rerum est, inde excipiantur.  
Carpite de plenis pendentes vitibus vuas,  
Præbeat Alcinoi poma benignus ager.  
Fama carminibus acquisita, est immortalis.  
Scinduntur vestes, gemmæ franguntur & aurum,  
Carmina quam tribuent fama perennis erit.

De Poetarum immortalitate, & laude  
carminum.

Viuet Meonides, Tenedos dum stabit & Ida,  
Dum rapidas Simois in mare voluet aquas.  
Viuit & Aescræus, dum mustis vua tumebit,  
Dum cadet incurua falce resecla seges.  
Battiades toto semper cantabitur orbe,  
Quamuis ingenio non valet, arte valet.  
Nulla Sophocleo veniet iactura cothurno,  
Cum Sole, & Luna semper Aratus erit.  
Dum fallax seruus, durus pater, improba lena  
Vixerit, & meretrix blanda, Menandrus erit.

Ennius



Annius arte carens, animosiq; Accius oris  
Caesurum nullo tempore nomen habent.  
Varronem primamq; ratem qua nesciet aetas?  
Aureaq; Æsonia terga petita duci?  
Carmina sublimis tunc sunt peritura Lucreti,  
Exitio terras cum dabit vna dies.  
Titijrus & segetes Æneiaq; arma legentur,  
Roma triumphati dum caput orbis erit.  
Donec erunt ignes arcusq; Cupidinis arma,  
Dicentur numeri culte Tibulle tui.  
Gallus & Hesperijs, & Gallus notus Fois,  
Et sua cum Gallo nota Lycoris erit.  
Ergo cum silices, cum dens patientis aratri  
Depereant æuo, carmina morte carent.  
Cedant carminibus Reges, Regumq; triumpho,  
Cedat & auriferi ripa beata Tagi.  
Vilia miretur vulgus, mihi flauus Apollo,  
Focula Castalia plena ministret aqua.  
Post mortem cessat inuidia.  
Pascitur in viuus liuor, post fata quiescit,  
Tunc suus ex merito queng; ructur, bonos.

EX II. LIBRO ELEGIARVM  
sive amorum Ouidij.

Contra proditores secretorum,  
Aspicis indicibus nexas per colla catenas,  
Squallidus orba fide pectora carcer habet.

B 2

Que-



Quærit aquas in aquis, & poma fugacia captas  
Tantalus, hoc illi garrula lingua dedit.

In delatores.

Culpa nec ex facili quamuis manifesta probatur,  
Iudicis illa sui tuta favore venit.

Bona citius quam mala absumuntur.

Optima prima ferè manibus rapiuntur auaris,  
Implentur numeris deteriora suis.

De cupiditate venatoris.

Venator sequitur fugientia, captia relinquit,  
Semper & inuentis vltiora petit.

Somnolentia est vitanda.

Infelix rota quicumq; quiescere nocte  
Sustinet, & somnos præmia magna vocat.

Stulte quid est somnus? gelidæ nisi mortis imago,  
Longa quiescendi tempora fata dabunt.

Ne id alicui præstes, quo abundat.

Quid folia arboribus? quid pleno sydera cælo?  
In freta collectas alta quid addis aquas?

De periculis nauarum.

Sero respicitur tellus, vbi fune soluto,  
Currit in immensum panda carina salum.

Nauita sollicitus iam ventos horret iniquos,  
Et prope tam lethum, quam prope cernit aquam.

Fœtus ante maturitatem non sunt tollendi.  
Quid plenam fraudas vitæ crescentibus vuis,  
Pomaq; crudeli vellis acerba manu?

Sponte

Sponde fluent matura sua, sine crescere nata,  
Est precium tarda non leue vita mora.  
In puellis non est fides.  
Verba puellarum folijs leuiora caducis,  
Irritaq; vt visum est ventus & aura ferunt.

EX TERTIO LIBRO ELE-  
giarum siue amorum Ouidij.

Contra nimiam seueritatem in custo-  
dienda vxore.

Cui peccare licet, peccat minus, ipsa potestas  
Semina nequitiæ languidiora facit.  
Vetita magis appetimus.  
Vidi ego nuper equum contra sua frena tenacem,  
Ore reluctanti fulminis ire modo  
Constitit, vt primum concessas sensit habenas,  
Frenaq; in effusa laxa iacere iuba.  
Nitimur in vetitum semper, cupimusq; negata,  
Sic interditiis imminet æger aquis.  
Quæ seruantur, ea magis appetuntur.  
Quicquid seruatur, cupimus magis, ipsaq; furem,  
Præda vocat, pauci quod sinit alter amant.  
De incantamentis,  
Carminè læsa Ceres sterilem vanescit in herbam,  
Deficiunt læsi carminè fontis aquæ,  
Alicibus glandes, cantataq; vitibus vua  
Decidit, & nullo poma mouente flunt.

Nec surdos cantus, nec cæcos pictura  
delectat.

Quid iuuat ad surdas si cantet Phineus aures?

Quid miserum Thamyris picta tabella iuuat?

Olim scientia fuit cara.

Ingenium quondam fuerat preciosius auro,

At nunc barbaries grandis, habere nihil.

Pecunia est hominum regina.

Eruius terra solidum pro frugibus aurum,

Possidet inuentas sanguine miles opes.

Curia pauperibus clausa est, dat census honores,

Inde grauis iudex, inde seuerus eques.

Poetæ sacri & diuini vocantur, mors tamen  
eis minime parcit.

At sacri vates, & diuûm cura vocamur,

Sunt etiam qui nos numen habere putent.

Scilicet omne sacrum mors importuna profanat,

Omnibus obscuras injicit illa manus.

Cohortatio ad patientiam,

Perfer & obdura dolor hic tibi proderit olim,

Sæpe tulit lassus succus amarus opem.

Multa mentiuntur Poetæ.

Exit in immensum fœcunda licentia Vatum,

Obligat Historica nec sua verba fide.

In eos, qui se peccasse gloriose præ-  
dicant,

Quis furor est, qui nocte latent, in luce fateri,

Et quæ clam facias, facta referre palam?

Ignoto



Ignoto meretrix corpus iunctura Quiriti,  
Opposita populum submouet ante fera.

EX PRIMO LIBRO OVIDII  
de arte amandi.

Præceptori discipulus obediat,

Phyllirides puerum cithara præfecit Achillem,

Atq; animos molli contudit arte feros.

Qui toties socios, toties exterruit hostes,

Creditur annosum pertimuisse senem.

Quas Hector sensurus erat, poscente Magistro,

Verberibus iussas præbuit ille manus.

Loci oportunitas est obseruanda.

Scit bene venator, ceruis vbi retia tendat,

Scit bene qua frendens valle moretur aper.

Aucupibus noti frutices, qui sustinet hamos,

Nonit quæ multo pisce natentur aquæ.

Laudes vini.

Vina parant animos, faciuntq; coloribus aptos,

Cura fugit multo diluiturq; mero.

Tunc veniunt risus, tunc pauper cornua sumit,

Tunc dolor & curæ rugaq; frontis abit.

Tunc aperit mentes auro rarissima nostro

Simplicitas, artes excutiente Deo.

Nocte fallitur iudicium.

Nocte latent mendæ, vitioq; ignoscitur omni,

Horaq; formosam quamlibet illa facit.

B 4

CON-



Consule de gemmis, de tineta murice lana,

Consule de facie corporibusq; diem.

Nemo sua sorte contentus est.

Fertilior seges est alienis semper in agris,

Vicinumq; pecus grandius vber habet.

Principium damni vitandum,

Non aut vtiliter viscaris effugit alis,

Non bene de laxis casibus exit aper.

Saucius arrepto piscis retinetur ab hamo.

Tempus est obseruandum.

Nec semper credenda Ceres fallacibus aruis,

Nec semper viridi concaua puppis aquæ.

Precibus homines & Diij exorantur;

Hecloia donauit Priamo prece motus Achilles,

Flectitur iratus voce rogante Deus.

In detestationem alex.

Sic ne perdiderit, non cessat perdere lusor,

Et reuocat cupidas alea sepe manus.

Non solum iuris, sed bonarum etiam artium studiis vacandum.

Disce bonas artes ( moneo ) Romana iuuentus,

Non tantum trepidos vt tueare reos.

Tempore omnia fiunt leuiora,

Tempore difficiles veniunt ad aratra iuuenti.

Tempore lenta pati frena docentur equi.

Fer reus assiduo consumitur annulus vsu,

Interit assidua vomer aduncus humo.

Quid



Quid magis est durum saxo? quid mollius vnda?  
Dura tamen molli saxa cauantur aqua.

Mundiciem corporis mediocremq; cul-  
tum ama.

Mundiciæ placeant fuscantur corpora campo.

Sit benè conueniens, & sine labe toga

Linguaq; nec rigeat, careant rubigine dentes.

Nec vagus in laxa pes tibi pelle natet.

Nec malè deformet rigidos tonsura capillos,

Sit coma, sit docta barba resecta manu.

Et nihil emineat, sint & sine sordibus vngues.

Inq; caua nullus stet tibi nare pilus.

Nec malè odorari sit tristis anhelitus oris.

Nec lædat nares virq; paterq; gregis.

Quod multi faciunt, non continuo  
bonum est.

Tuta frequensq; via est per amici fallere nomen.

Tuta frequensq; licet sit via, crimen habet.

In ebrietatem.

Certa tibi à nobis dabitur mensura bibendi.

Officium præstent mensq; pedesq; suum.

Iurgia præcipuè vino simulata caueto.

Et nimium faciles ad fera bella manus.

Occidit Eurition stulte data vina bibendo.

Aptior est dulci mensa merumq; ioco.

Ne sis difficilis & duræ cervicis.

B §

32



Si vox est cantata, si mollia brachia salta,  
Et quacunq; potes arte placere, place.  
Laude & obsequio vincuntur homines  
Laudatas ostendit avis Iunonia pennas,  
Si tacitus spectes, illa recondit opes.  
Quadrupedes inter rapidi certamina cursus,  
Depexaq; iuba; plausaq; colla iuuant.  
Deus colendus est, & a peccatis abstinendum  
Expedit esse Deos & vt expedit esse putemus.  
Dentur in antiquos thura merunq; focos.  
Nec secura quies illos, similisq; sopori  
Detinet, innocui viuite, numen adest.  
Reddite depositum, pietas sua fœdera seruet,  
Fraus absit, vacuas cœdis habete manus.  
Multis candidus color, vitio datur.  
Candidus in nauta turpis color, æquoris vnda,  
Debet & a radijs syderis esse niger.  
Turpis & agricolæ, qui vomere semper adunco,  
Et grauidus rastris sub Ioue versat humum.  
Et tu Palladiæ petitur cui fama coronæ,  
Candida si fuerint corpora, turpis eris.

Contra vigilias & amorem.  
Attenuant iuuenum vigilatæ corpora noctes,  
Curaq; & immenso qui fit amore dolor.  
Solis turpibus homines delectantur.  
N 2 Nil nisi turpe iuuat, curæ est sua cuiq; voluptas,  
Hæc quoq; ab alterius grata dolore venit.

Diuer-



Diuersæ terræ, diuersa producant.  
Nec tellus eadem parit omnia, vitibus illa  
Conuenit, hec oleis, hic bene farra virent.  
Quot capita rot sensus,  
Pectoribus mores tot sunt, quot in orbe figura.  
Qui sapit innumeris moribus, aptus erit.

EX II. LIBRO OVIDII  
de arte amandi.

Parta sunt conseruanda.  
Nec minor est virtus quam querere parta tueri,  
Causa inest illic, hic erit artis opus.  
Aduersa sæpe excitant ingenium.  
Ingenium mala sæpe mouent, quis crederet vnquã.  
Aereas hominum carpere posse vias?  
Nemo confidat in sua pulchritudine.  
Ingenij dotes corporis adde bonis.  
Forma bonũ fragile est, quantumq; accedit ad annos:  
Fit minor & spacio carpitur illa suo.  
Nec semper viola, nec semper lilia florent  
Et riget amissa spina relicta rosa.  
Et tibi iam venient cani formose capilli,  
Iam venient rugæ quæ tibi corpus arent.  
Iam mollire animum qui dures, & astrue formam.  
Solutus ad extremos permanet ille regos.  
Nec leuis ingenuas pectus coluisse per artes  
Cura sit, & linguas edidicisse duas.  
In eandem sententiam.

Ergo.



Ergo dæ fallaci timidè confide figuræ,  
Quisquis es, atq; aliquid corpore pluris habes.  
Esto facilis & mansuetus.  
Dextera præcipuè capit indulgentia mentes.  
Asperitas odium sæuag; bella mouet.  
Odium accipitrem, quia uiuit semper in armis,  
Et pavidum solitos in pecus ire lupos.  
At caret insidijs hominum, quia mitis hirundo est,  
Quasq; colat turres Chaonis ales habet.  
Contra iracundiam ac rixas.  
Iste procul lites, & amara prælia lingua,  
Dulcibus est verbis mollis alendus amor.  
Obsequium amicos parit,  
Flectitur obsequio, curuatur ab arbore ramus,  
Franges, si vires experiere tuas.  
Obsequio tranantur aquæ, nec vincere possis  
Flumina, si contra quàm rapit vnda, nates;  
Obsequium Tigress; domat, tumidosq; leones  
Rustica paulatim taurus aratra subit.

Carmina laudantur, sed pecunia diligitur.  
Carmina laudantur, sed munera magna petuntur,  
Dum modò sit diues, barbarus ipse placet.  
Aurea sunt vere nunc secula, plurimus auro  
Venit honos, auro conciliatur amor.  
Ipse licet venias Musis comitatus Homere,  
Si nihil attuleris, ibis Homere foras.  
Autumnus est morboius.

Sæpe



Sæpe sub autumno cum formosissimus annus,  
Plenag, purpureo subrubet vva mere.  
Quum modo frigoribus premimur, modo solvimus  
Aere non certo corpora languor habet. (æstu,  
Ex paruis fiunt magna.  
Quem taurum metuis, vitulum mulcere solebas.  
Sub qua nunc recubas arbore, virga fuit.  
Nascitur exiguus, sed opes acquirit eundo,  
Quasq; vehit multas accipit amnis aquas.  
Prosperis rebus animi luxuriant,  
Luxuriant animi rebus plerumq; secundis,  
Nec facile est æqua commoda mente pati.  
Amantium iræ, amoris redintegratio est;  
Qua modo pugnarunt, iungunt sua rostra columbae,  
Quarum blanditias verbaq; murmur habet.  
Exhilara sodales,  
Qui sermone placet, taciturna silentia viter,  
Qui canit arte canat, qui bibit arte bibat.  
Non semper arridet fortuna.  
Credita non semper sulci cum fœnore reddunt,  
Nec semper dubias adiuvat aura rates.  
Silentium laudi, multiloquium  
vicio datur.  
Eximia est virtus præstare silentia rebus  
At contra grauis est culpa, tacenda loqui.  
Quàm bene quod frustra captatis arbore pomis  
Tantalus in medio garrulus aret aqua.  
Tempore res fragiles confirmantur.

DUE



Dum nouus in viridi coalescit cortice ramus,  
Concutiat tenerum qualibet aura, cadet.  
Mox etiam ventis spacio durata resistit,  
Firmaq; adoptiuas arbor habebit opes.  
Tempora vitia fiunt tolerabilia.  
Eximit ipsa dies omnes de corpore mendas,  
Quodq; fuit vitium desinit esse mora.  
Ferre nouæ nares taurorum terga recusant,  
Assiduo domitas tempore fallit odor.  
In iuuenta laborandum est.  
Dum vires anniq; sinunt tolerate labores,  
Tam veniet tacito curua senecta pede.  
Aut mare nauigijs, aut vomere scindite terram,  
Aut fera belligeras addite in arma manus.

EX TERTIO LIBRO OVI-  
dij, de arte amandi.

In eandem sententiam,  
Ventura memores iam nunc estote senectæ,  
Sic nullum vobis tempus abibit iners.  
Dum licet & veros etiam nunc editis annos,  
Discite, eunt anni more fluentis aquæ.  
Nec quæ præterijt cursu reuocabitur vnda  
Nec quæ præterijt hora redire potest.  
Utendum est ætate, cito pede labitur ætas,  
Nec bona tam sequitur, quam bona prima fuit.  
De fugacitate formæ,

Quam



Quam citò ( me miserum ) laxantur corpora rugis.

Et perit , in nitido qui fuit ore, color.

Quod sine tuo damno possis, alteri  
communices.

Quis vetat apposito lumen de lumine sumi ?

Quisq; cauum vastas in mare seruat aquas ?

Multa cum fiunt turpia , vbi facta  
sunt placent.

Quæ nunc nomen habent operosi signa Myronis,

Pondus iners quondam durasq; massa fuit.

Annulus vt fiat, primo colliditur aurum ,

Quas geritis vestes , sordida lana fuit.

#### De turpibus.

Turpe pecus matilum , turpis sine gramine campus .

Et sine fronde frutex, & sine crine caput.

Non semper Nauta laborat.

Cum mare compositum est , securus nauita transit .

Cum tumet, auxilijs aßidet ille suis.

#### De malis ludi aleatorij.

Tunc sumus incauti, studioq; aperimur in ipso

Nudaq; per lusus pectora nostra patent.

Ira subit, deforme malum , lucrigr; cupido,

Iurgiaq; & rixæ sollicitusq; dolor.

Crimina dicuntur, resonat clangoribus æther.

Inuocat iratos & sibi quisq; Deos.

Ignorum non amatur.

Quod



Quod latet ignotum est, ignoti nulla cupido,  
Fructus abest, facies cum bona teste caret.  
Tu licet & Thamiram superes atq; Orphea cantu,  
Non erit ignotæ gratia magna lyra.  
Famam Poetæ apperunt.

Quid petitur sacris nisi tantum fama Poetis?  
Hoc votum nostri summa laboris habet.  
Cura Ducum fuerant olim Regumq; Poetæ,  
Præmiq; antiqui magna tulere chori.  
Sanctaq; maiestas & erat venerabile nomen  
Vatibus, & largæ sæpe dabantur opes,  
Ennius emeruit Calabris in montibus hortos,  
Contiguus poni Scipio magne tibi.  
Nunc hederae sine honore iacent, operataq; doctis  
Cura nihil Musis nomen inertis habet.  
Sed famam vigilare iuuat, quis nosset Homerum &  
Ilias æternum si latuisset opus.

De casu & fortuna.

Casus vbiq; valet, semper tibi pendeat hamus,  
Quo minime credis gurgite piscis erit.  
Sæpe canes frustra nemorosis montibus errant,  
Inq; plagas nullo ceruus agente cadit.

Vim vi repellere licet.

¶ Iudice me fraus est concessa repellere fraudem,  
¶ Armas, in a. natos sumere iura sinunt.  
Contra sæuitiam vultus & iram.

Pertinet



Pertinet ad faciem rabidos compescere mores, c

Candida pax homines, trux decet ira feras. c

Ora tument ira nigrescunt sanguine venæ, c

Lumina Gorgoneo sauius angue micant. c

Poetica ars facit ad bonos mores.

Adde quod insidia sacris à vatibus absunt,

Et facit ad mores ars quoq; nostra bonos,

Nec nos ambitio, nec nos amor vrget habendi, NB

Contempto colitur lectus & ymbra foro.

In eandem Sententiam.

Scilicet ingenium placida mollitur ab arte,

Et studio mores conuenienter eunt.

Poetæ diuino fauore sunt afflati,

Est Deus in nobis, sunt & commercia cæli,

Sedibus æthereis spiritus ille venit.

Æmulationo incitat.

Tunc benè fortis equus reserato carcere currit,

Cum quos prætereat, quos uè sequatur habet.

Munera sunt grata.

Munera (crede mihi) placant hominesq; Deosq;

Placatur donis Iuppiter ipse datis.

Quid faciat sapiens? stultus quoq; munere gaudet, NB

Ipse quoq; accepto munere mitis erit.

Non est saluti propriæ aduersandum.

Non auis aucupibus monstrat qua parte petatur.

Non docet infestos currere cerua canes.

De gestibus ad mensam seruandis.

Carpe



*Carpe cibus digitis, est quidam gestus edendi,  
Ora nec immunda tota perunge manu.  
Neuè diu præsume dapes, sed desine citra,  
Quam cupias, paulo quam potes esse minus.*

EX PRIMO LIBRO OVIDII

*de remedio amoris.*

*Bona & mala eadem terra nascuntur.  
Terra salutiferas herbas, eademq, nocentes  
Nutrit & vrtice proxima sæpe rosa est.  
Animus vitijs purgandus est.  
Vitile propositum seuas extinguere flammæ,  
Nec seruum vitys pectus habere suum.  
Venienti morbo occurrendum est,  
Opprime dum noua sunt subiti mala semina morbi,  
Et tuus incipiens ire resistat equus.  
Nam mora dat vires, teneras mora percoquit vnas  
Et validas segetes quod fuit herba, facit.  
Qua præbet latas arbor spaciantibus vmbas,  
Quo posita est primum tempore, virga fuit.  
Tunc poterat manibus summa tellure reuelli,  
Nunc stat in immensum viribus aucta suis.  
In eandem sententiam,  
Quale sit id quod amas, celeri circumspecte mente,  
Et tua læsuro subtrabe colla iugo.  
Principijs obsta, sero medicina paratur,  
Cum mala per longas conualuere moras.  
Sed propera, nec te venturas differ in horas.  
Qui non est hodie, cras minus aptus erit.*

Ex



Ex paruo principio res magna oritur.  
Flumina magna vides paruis de fontibus orta,

Plurima collectis multiplicantur aquis.

Curatio morbi non est differenda.

Vidi ego quod fuerat primo sanabile vulnus,

Dilatatum longæ damna tulisse moræ.

Furori cedendum est.

Aut noua si possis, sedare incendia tentes,

Aut vbi per vires procubuere suas.

Dum furor in cursu est currenti cede furori,

Difficiles aditus impetus omnis habet.

Stultus, ab obliquo qui cum descendere possit,

Pugnat in aduersas ire natator aquas.

Impatiens animus, nec adhuc tractabilis arte,

Respuat, atq; odio verba monentis habet.

Tempore oportuno consolatio & me-  
dicina est adhibenda.

Quis matrem, nisi mentis inops in funere nati

Flere vetat? non hoc illa monenda loco est.

Cum dederit lachrymas animumq; impleuerit agrum,

Ille dolor verbis emoderandus erit.

Temporibus medicina valet, data tempore profunt,

Et data non apto tempore vina nocent.

Ex ocij vitia proueniunt, & in primis  
fœdus amor.

Ocia si tollas, periire cupidinis arcus,

Contemptaq; iacent & sine luce faces.

C 2

Quam



Quàm platanus riuo gaudet , quam populus vnda .  
Et quàm limosa canna palustris humo .  
Tam Venus ocia amat , finem qui quæris amori ,  
Cedit amor rebus , res age , tutus eris .  
In defidiam , aleam & remulentiam:  
Languor & immodici nallo sub iudice somni ,  
Aleaq; & multo tempora quassa mero .  
Eripiunt omnes animo sine vulnere vires ,  
Affluit incautus insidiosus amor .  
Defidiam puer ille sequi solet , odit agentes ,  
Da vacuæ menti , quo teneatur , opus .  
In defidiam ,  
Queritur Ægisthus quare sit factus adulter ,  
In promptu causa est , desidiosus erat .  
De quatuor partibus anni .  
Poma dat autumnus , formosa est messibus æstas .  
Ver præbet flores , igne leuatur hyems .

Si pro salute corporis multa sufferimus , quanto  
libentius pro animi salute multa sufferere  
re debemus .

Sæpe tibi succos quamuis inuitus amarus ,  
Eger & oranti mensa negata mihi est ,  
Vt corpus redimas ferrum patieris & ignes ,  
Arida nec sitiens ora leuabis aqua ,  
Vt valeas animo quicquam tolerare negabis ?  
At precium pars hæc corpore maius habet .  
Mala sunt vicina bonis .

Et

Et mala sunt vicina bonis, errore sub ipso  
Pro vitio virtus crimina sæpe tulit.  
Summis viris maligni inuident.  
Ingenium magni liuor detrectat Homeri,  
Quisquis es, ex illo Zoile nomen habes.  
Et tua sacrilegæ laniarunt carmina linguae,  
Pertulit huc victos quo Duce Troia Deos.  
Summa petit liuor perflant altissima venti,  
Summa petunt dextra fulmina missa Iouis.

EX II. LIBRO OVIDII,

de remedio amoris.

Parua non sunt contemnenda.  
Sed quæ non prosunt singula, multa iuuant.  
Parua necat morso spaciosum vipera taurum,  
A cane non magno sæpe tenetur aper.  
Quod vni bonum, alteri malum videtur.  
Quo tua non possunt offendi pectora facta,  
Forsthan hoc alio iudice crimen eris.  
Diuisio rem attenuat.

Grandia per multos tenuantur flumina riuos,  
Magnaq; subducto stipite flamma perit.  
Amor diuisus est minor.  
Parcius è multis mater desiderat vnum,  
Quàm quæ flens clamat, tu mihi solus eras.  
Non omnium æque facile est sanatio.  
Corpora vix ferro quædam sanantur acuto,  
Auxilium multis succus & herba suis.

Cui plus timet marer, eum plus solet amare<sup>3</sup>  
Plus amat è natûs mater plerumq<sup>3</sup> duobus,  
Pro cuius reditu quod gerit arma timet.  
Contagia sunt vitanda.

Si quid amas, nec vis, facias contagia vites,  
Hæc etiam pecori sæpe nocere solent.

Dum spectant læsos oculi, læduntur & ipsi,  
Multaq<sup>3</sup> corporibus transitione nocent.

In loca nonnunquam siccis arentia glebis,  
De prope currenti flumine manat aqua.  
Obiecta mouent potentias.

Non facîle esuriens posita retinebere mensa,  
Et multum saliens incitat vnda sitim.

Non facîle est taurum visa retinere iuuenta,  
Fortis equus visa semper adhinnit equa.

Quod repente attollitur, non est  
diuturnum.

Flumine perpetuo torrens solet altius ire,  
Sed tamen hæc breuis est, illa perennis aqua.  
Fletus fœminarum fallax.

Neuè puellarum lachrymis moueare caucto,  
Vt flerent oculos erudière suos,  
Choreæ reddunt animum effœminatam.

Enervant animos citharæ, cantusq<sup>3</sup> lyræq<sup>3</sup>,  
Et vox & numerus brachia mota suis.

Eiusdem rei diuersi sunt vsus,  
Nutritur vento, vento restinguitur ignis,  
Lenis alit flammæ, grandior aura necat.

Ex



EX PRIMO LIBRO

*Fastorum Ouidij.*

Die festo preces dicendæ sunt,

*Prospera lux oritur, linguæ animiq; fauete,*

*Nunc dicenda bono sunt bona verba die.*

*Lite vacent aures, insanaq; protinus absint*

*Iurgia, differ opus liuida turba tuum.*

*in immensum excreuit auaritia*

*Tempore creuit amor, qui nunc est summus habendi,*

*Vix ultra quo iam progrediatur habet,*

*Pluris opes nunc sunt, quam præsci temporis annis,*

*Dum populus pauper, dum noua Roma fuit.*

*In eandem sententiam.*

*Creuerunt & opes & opum furiosa cupido,*

*Et cum possideant plurima, plura petunt.*

*Quærere ut absument, absumpta requirere certant,*

*Atq; ipsæ vitæ sunt alimenta vices.*

*Sic quibus intumuit suffusa venter ab vnda.*

*Quo plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ.*

*In precio precium nunc est, dat census honores,*

*Census amicitias, pauper vbiq; iacet.*

*Sperat quisq; aut timet, pro conscientia  
sua qualitate.*

*Conscia mens ut cuiq; sua est, ita concipit intra*

*Pectora, pro facto spemq; metumq; suo.*

*Vir excelli animi non frangitur exilio.*



*Omne solum fori patria est, ut piscibus æquor,  
Ut volucri vacuo quicquid in orbe pater.  
Pax frumenta largitur,  
Sub iuga bos veniat, sub terras semen aratas,  
Pax Cerevem nutrit, pacis alumna Ceres,*

EX TERTIO LIBRO FA-  
storum Ouidij.

*Nuptiæ nonnunquam sunt differendæ.  
Nabere si qua voles, quamvis properabitis ambo,  
Differ, habent parvæ commoda magna moræ.*

EX IIII. LIBRO FA-  
storum Ouidij.

De verno tempore.

*Vere nitent terræ, vere remissus ager,  
Nunc herbæ rupta tellure cacumina tollunt.  
Nunc tumido gemmas cortice palmes agit.  
Bona conscientia nullius oculos fugit.  
Conscia mens recti famæ mendacia ridet,  
Sed nos in vitium credula turba sumus.  
Nocte latent colores.  
Iam color vnus inest rebus, tenebræq; teguntur  
Omnia, iam vigiles conticuere canes.  
Deus auertit bella.  
Sarcula nunc durusq; bidens & vomer aduncus,  
Ruris opes niteant, inquinet arma situs.*

*Conatusq;*

Conatusq; aliquis vagina educere ferrum  
astrictum longa sentiet esse mora.

EX QVINTO LIBRO  
Fastorum Ouidij.

Senibus honor deferendus est.  
Magna fuit capitis quondam reverentia cani,  
Inq; suo precio ruga senilis erat.  
Martis opus iuuenes, animosq; bella gerebant,  
Et pro Dijs aderant in statione suis.  
Viribus ille minor nec habendis vtilis armis  
Consilio patriæ sepe ferebat opem.  
Nec nisi post annos patuit tunc curia seros,  
Nomen & ætatis mite senatus habet.  
Iura dabat populo senior, finitaq; certis  
Legibus est ætas, vnde petatur honos.  
Et medius iuuenum non indignantibus ipsis  
Ibat & interior si comes vnus erat.  
Verba quis auderet coram sene digna rubore  
Dicere? censuram longa senecta dabat.  
Romulus hoc vidit selectaq; corpora patres  
Dixit, ad hos vrbis summa relata nouæ est.  
In floribus maxima spes est prouentuum.  
Si benè floruerint segetes, erit arca diues,  
Si benè floruerit vinea, Bacchus erit.  
Si benè floruerint oleæ, nitidissimus annus,  
Poma quoq; euentum temporis huius habent.

*Flore simul laeso pereunt viciaq; fabaq;  
Et pereunt lentes aduena Nile riuæ.*

EX VI. LIBRO FA-  
storum Ouidij.

Non semper læta iuuant,  
Scilicet interdum miscentur tristia lætis,  
Nec populum rato pecclore festa iuuant.  
De officio iudicis.  
Sic agitur censura, & sic exempla parantur,  
Cum iudex, alios quod monet ipse, facit.  
Tempus celerrime præterit.  
Tempora labuntur, tacitūq; senescimus annis,  
Et fugiunt freno non remorante dies.

EX PRIMO ELEGIARVM  
Ouidij de tristibus.

Expertus pericula facile expauescit  
Terretur minimo pennæ stridore columba  
Vnguibus accipiter saucia facta tuis.  
Non procul à stabulis audet discedere, si qua  
Excussa est auidi dentibus agna lupi.  
Vitaret cælum Phaeton si viueret, & quos  
Optauit stultè, tangere nollet equos.  
Tempore aduersitatis probatur amicus.  
Thesea Pirithous non tam sensisset amicum,  
Si non infernas viuis adisset aquas.

Ut foret exemplum veri Phocæus amorū,  
Fecerunt furie tristis Oreste tuæ.  
Si non Euryalus Rutilos cecidisset in hostes  
Hyrtacidae Nisi, gloria nulla foret.  
Scilicet ut fuluum spectatur in ignibus aurum,  
Tempore sic duro est inspicienda fides.  
Cum fortuna mutantur amici,  
Dum iuvat & vultu ridet fortuna sereno,  
Indelibratas cuncta sequuntur opes.  
At simul intonuit, fugiunt, nec noscitur vlli  
Agminibus comitum qui modo cinctus erat.  
Iu eandem sententiam.  
Donec eris fœlix multos numerabis amicos,  
Tempora si fuerint nubila, solus eris.  
Aspirat ut veniant ad candida tecta columbæ,  
Accipiat nullas sordida turris aues.  
Horrea formicæ tendunt ad inania nunquam,  
Nullus ad amissas ibit amicus opes.  
Vtq; comes radios per solis euntibus umbra est,  
Cum laetet hic pressus nubibus illa fugit.  
Mobile sic sequitur fortunæ lumina vulgus,  
Quæ simul inducta nube reguntur, abis.

EX SECVNDO LIBRO  
Ouidij, de tristibus.

De clementia ab exemplo Dei.

Si que-



Si quoties peccant homines, sua fulmina mittat  
 Iuppiter, exiguo tempore inermis erit.  
 Nunc ubi detonuit strepitus, exterruit orbem,  
 Purum discussis aera reddit aquis.  
 Deus parua munuscula non spernit.  
 Sed tamen ut fuso, taurorum sanguine centum.  
 Sic capitur minimo iuris honore Deus.  
 Nemo desperet meliora lapsis.  
 Sed solet interdum fieri placabile numen,  
 Nube solet pulsa candidus ire dies.  
 Vidi ego pampineis oneratam vitibus vltimum,  
 Quæ fuerat seuo fulmine tacta Iouis.  
 Nihil prodest, quod non lædere possit idem.  
 Igne quid vtilius? si quis tamen vrere tella  
 Comparat, audaces instruit igne manus.  
 Eripit interdum, modo dat medicina salutem,  
 Quæq; iuuet monstrat, quæq; sit herba nocens.  
 Et latro & cautus præcingitur ense viator,  
 Ille sed insidias, hic sibi portat opem.  
 Discitur innocuas ut agat facundia causas,  
 Protegit hæc fontes immeritosq; premit.  
 Idoneus ad parua, non tentet temere  
 maiora.  
 Non ideo debet pelago se credere, si qua  
 Audeat exiguo ludere cymba lacu.

EX TERTIO ELEGIARVM  
 Ouidij, de tristibus.

Magnos



Magnorum virorum consuetudo fugienda.  
Vtibus edocto, si quicquam credis amico,  
Viue tibi, & longè nomina magna fuge.  
Viue tibi, quantumq; potes, prælustria vita,  
Sæuum prælustri fulmen ab arce venit,  
Nam quanquam soli possunt prodesse potentes,  
Non profunt, potius plurimum obesse solent.  
Effugit hybernos demissa antenna procellas,  
Lataq; plus paruis vela timoris habent.  
Aspicis vt summa cortex leuis innatat vnda,  
Cum graue nexa simul retia mergat onus.

Fuge nimis alta.

Qui cadit in plano, vix hoc tamen euenit ipsum,  
Sic cadit vt tacta surgere possit humo,  
At miser Elpenor tectò delapsus ab alto,  
Occurrit regi flebilis vmbra suo,  
Quid fuit, vt tutas agitaret Dædalus alas,  
Icarus immensas nomine signet aquas?  
Nempe quod hic altè, demissius ille volabat.  
Nam pennas ambo non habuère suas.  
Crede mihi, benè qui latuit, benè vixit, & intra  
Fortunam debet quisq; manere suam.

In eandem sententiam.

In quoq; formida nimium sublimia semper,  
Propositiq; precor contrabe vela tui.  
In eandem sententiam.

Viue



Regional-  
bibliothek  
Neubrandenburg

[https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1869495985/phys\\_0047](https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1869495985/phys_0047)

Mecklenburg  
Vorpommern



Vires sine inuidia, multosq; inglorius annos  
 Exige, amicitias & tibi iunge pares.  
 Principes sunt rusticis clementiores,  
 Quo quisq; est maior, magis est placabilis ira,  
 Et faciles motus mens generosa capit.  
 Corpora magnanimo satis est prostrasse leoni,  
 Pugna suum finem cum iacet hostis habet.  
 At lupus & turpes instant morientibus vrsi,  
 Et quæcumq; minor nobilitate fera est.  
 Maius apud Troiam forti quid habemus Achille?  
 Dardanij lachrymas non tulit ille senis.  
 Quæ ducis Emathij fuerit clementia, Pharos,  
 Præclarisq; docent funeris exequiæ.  
 Præter animi bona omnia subiacent  
 fortunæ.  
 Nempe dat & quodcumq; libet fortuna rapitq;  
 Iruis & est subito, qui modo Cræsus erat.  
 Singula quid referam, nil non mortale tenemus,  
 Pectoris exceptis ingenijq; bonis.

De atrocitate militum.

Quæ nequeunt secum ferre aut abducere, perdant.  
 Et cremat insontes hostica turba casas.  
 Res lapsæ facile premuntur.  
 In causa facili cuius licet esse diserto,  
 Et minima vires frangere quassa valent.  
 Subruere est arces & stantia mœnia virtus,  
 Quilibet ignaui præcipitata premunt.

Esto



Esto memor humanæ sortis,  
Humanæq; memor sortis quæ tollit eosdem,  
Et premit, incertas ipse verere vices.

EX IIII. LIBRO ELEGIARVM  
Ouidij, de tristibus.

Cantus fallit laborem.

Fessus ut incubuit baculo saxoq; resedit  
Pastor, arundineo carmine mulcet oves.  
Cantantis pariter, pariter data pensa trabentis.  
Fallitur ancilla decipiturq; labor.  
Miserum est semper timere hostium  
insultationes.

Quam miserum porta vitam muroq; tueri,  
Vixq; sui tutum vivibus esse loci.  
Virtus versatur circa difficilia.

Ardua per præceptis gloria vadit iter.  
Hæciora quis nosset fœlix si Troia fuisset?  
Publica virtutis per mala facta via est.  
Ars tua Tiphys iacet, si non sit in æquore fluctus,  
Si valeant homines, ars tua Phœbe iacet.  
Quæ later inq; bonis cessat non cognita rebus,  
Apparet virtus, arguiturq; malis.

De vi temporis.

Tempore ruricole patiens sit taurus aratri,  
Fræbet & incuruo colla premeda iugo.  
Tempore paret equus lentis animosus habenis,  
Et placido duros accipit ore lupos.

Tempo.



Tempore Pœnorum compefcitur ira leonum ,  
 Nec feritas animo , quæ fuit ante , manet .  
 Quæq; fui iuſſis obtemperat Inda magiſtri  
 Belua , ſeruitium tempore victa ſubit .  
 Tempus , vt extentis tumeat facit vna racemis  
 Vixq; merum capiant grana , quod intus habent .  
 Tempus & in canas ſemen producit ariſtas ,  
 Et ne ſint triſti poma ſapore facit .  
 Hoc dentem tenuat terram renouantis aratri ,  
 Hoc rigidos ſilices , hoc adamanta terit ,  
 Hoc etiam ſæuas paulatim mitigat iras ,  
 Hoc minuit luſtus mœſtaq; corda leuat .  
 Noua ſunt veteribus & deſeritis melioras  
 Fortior in fulua nouus eſt luſtator arena ,  
 Quàm cui ſunt tarda brachia feſſa mora .  
 Integer & melior nitidus gladiator arenis ,  
 Quàm cui tela ſuo ſanguine tincta rubent .  
 Fert bene præcipites nauis modo facta procellas  
 Quamlibet exiguo ſoluitur imbre vetus .  
 In ſeneſtute ceſſandum eſt à laboribus .  
 In caua ducuntur quaſſæ noualia puppes ,  
 Ne temere in medijs diſſoluantur aquis .  
 Ne cadat & multas palmas inhoneſtet adeptas ,  
 Languidus in pratiſ gramina carpit equus .  
 Miles vt emeritis non eſt ſatis utilis armis ,  
 Ponit ad antiquos , quæ tulit arma , lares .

Omnia ſunt Deo ſubjecta.

Nis

Nil adeò validum est, adamas licet alliger illud,  
Ut maneat rapido firmitus igne Iouis.

Nil ita sublime est, supraq; pericula tendit,  
Non sit ut inferius suppositumq; Deo.

EX QVINTO ELEGIARVM

Ouidij de tristibus.

Virtus exercita est laudabilis.

Scilicet aduersis probitas exercita rebus,

Tristi materiam tempore laudis habet.

Si nihil infesti durus vidisset Vlysses,

Penelope fœlix, sed sine laude, foret.

De fortunæ instabilitate.

Vilia qui quondam miseris alimenta negarat,

Nunc mendicato pascitur ille cibo.

Pasibus ambiguus fortuna volubilis errat,

Et manet in nullo certa tenaxq; loco.

Sed modo leta manet, vultus modo sumit acerbos,

Et tantum constans in leuitate sua est.

Nos quoq; floruimus, sed flos fuit ille caducus,

Flammaq; de stipula nostra breuiusq; fuit.

In anno plures sunt dies sereni quam  
nubili.

Si numeres anno soles & nubila toto,

Inuenies nitidum sæpius esse diem.

De intercepti studij iactura.

Adde quod ingenium longa rubigræ læsum

Torpet, & est multò, quam fur ante, minus.

D

Pertilis



Fertilis, assiduo si non renouetur aratro,  
Nil nisi cum spinis gramen habebit ager.  
Tempore qui longo steterit, malè currit, & inter  
Carceribus missos vltimus ibit equus.  
Vertitur in teneram cariem, rimisq; dehiscit,  
Si qua diu solitū cymba vacabit aquis.  
Laus excitat ingenium.  
Deniq; non paruas animo dat gloria vires,  
Et facunda facit pectora laudis amor.  
De fortunæ patientia,  
Rara quidem est virtus, quam non fortuna gubernas  
Quæ maneat stabili, cum fugit illa, pede.  
Qui monet agentem laudat,  
Qui monet, vt facias, quod iam facis, ille monendo  
Laudat, & hortatu comprobat acta suo.

EX PRIMO LIBRO

Ouidij, de Ponto.

Non omnis morbus est insanabilis,  
Non est in medico, semper releuetur vt ager,  
Interdum docta plus valet arte malum.  
Cernis, vt è molli sanguis pulmone remissus,  
Ad Stygias certo limite ducat aquas.  
Afferat ipse licet sacros Epidaurius herbas,  
Sanabit nulla vulnera cordis ope.  
Tollere nodosam refert medicina podagram,  
Nec formidatis auxiliatur aquis.

Patria



Patriæ amor omnes detinet,  
Non dubia est Ithaci prudentia, sed tamen optat,  
Fumum de patrijs posse videre focis,  
Nescio qua natale solum dulcedine cunctos  
Ducit, & immemores non sinit esse sui.  
Quid melius Roma? Scythico quid frigore peius?  
Huc tamen ex illa barbarus vrbe fugit.  
Cum benè sint clausæ cauea Pandione natæ,  
Nititur in syluas quæq; redire suas.

~~Affueros tauri saltus, affueta leones~~  
~~Nec feritas illos impedit, antra perunt.~~  
Assiduis laboribus res quantumlibet fir-  
ma fatigatur.

Cernis vt in duris ( & quid boue firmitus? ) aruis  
Fortia taurorum corpora frangat opus.  
Quæ nunquam vacuo solita est cessare nouali,  
Fructibus assiduis lassæ senescit humas.  
Occidet, ad Circi si quis certamina semper,  
Non intermissis cursibus ibit equus.  
Firma sit illa licet, soluetur in æquore nauis.  
Quæ nunquam liquidis sicca carebit aquis.

Interdum quiescendum est.  
Ocia corpus alunt, animus quoq; pascitur illis,  
Immodicus contra carpit vtrunq; labor.  
Contra torporem,  
Cernis vt ignauum corrumpant ocia corpus,  
Vt capiant vitium, ni moueantur, aque.

Sua quemq; studia delectant.  
**Scilicet est cupidus studiorum quisq; suorum,**  
Tempus & assucta ponere in arte iuuat,  
**Saucius cuitat pugnam gladiator, & idem**  
Immemor antiqui vulneris, arma capit:  
**Nil sibi cum pelagi, dicit, fore naufragus vndis,**  
Et ducit remos, qua modo nauit aqua.

De spe.

**Hæc Dea, cum fugerent sceleratas numina terras,**  
In Dijs inuisa sola remansit humo.  
**Hæc facit vt viuat fossor quoq; compede vinculus,**  
Liberatq; à ferro crura futura putet.  
**Hæc facit, vt videat cum terras vndiq; nullas,**  
Naufragus in medijs brachia iactet aquis.  
**Sæpe aliquem solers medicorum cura reliquit,**  
Nec spes huic vena deficiente cadit.  
**Carcere dicuntur clausi sperare salutem,**  
Atq; aliquis pendens in cruce vota facit.  
**Hæc Dea quàm multos laqueo sua colla ligantes,**  
Non est proposita passa perire nece?  
Magna spes est in clementia Dei.  
**Quamuis est igitur, meritis indebita nostris,**  
Magna tamen spes est in bonitate Dei.

EX SECVNDO LIBRO

Ouidij, de ponto.

Festis diebus gaudendum est,

Dj



Regional-  
bibliothek  
Neubrandenburg

[https://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn1869495985/phys\\_0054](https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1869495985/phys_0054)

Mecklenburg  
Vorpommern



Dij quoq; ut à cunctis hilari pietate colantur,  
Tristitiam poni per sua festa iubent.  
Non est desperandum.  
Confugit interdum templi violator ad aram,  
Nec petere offensi numinis horret opem.  
De falsa vulgi amicitia.  
Turpe quidem dictu sed si modo vera fateamur,  
Vulgus amicitias utilitate probat.  
Cura quid expediat prior est, quàm quid sit honestu  
Et cum fortuna statq; caditq; fides.  
Nec facile inuenies multu in millibus vnum,  
Virtutem precium qui putet esse sui.  
Ipse decor recti facti si præmia defint,  
Non mouet, & gratis pœnitet esse probum.  
Nil nisi quod prodest carum est, en derrabe menti  
Spem fructus auidæ, nemo petendus erit.  
At reditus iam quisq; suos amat, & sibi quid sit  
Vtile, sollicitis computat articulis.  
Illud amicitia quondam venerabile nomen  
Prostat, & in quæstu pro meretrice sedet.

Soli fortunati amantur,  
Diligitur nemo nisi cui fortuna secunda est,  
Quæ semel intonuit proxima quæq; fugat.  
En ego non paucis quondam munitus amicis,  
Dum flauit velis aura secunda meis.  
Ut fera nimboso tumuerunt æquora vento,  
In medijs lacera naue relinquitur aquis.

D 3

Similia



Similia similibus fauent,  
Scilicet ingenijs aliqua est concordia iunctis.  
Et seruat studij fœdera quisq; sui.  
Rusticus agricolam, miles fera bella gerentem,  
Rectorem dubiæ nauita puppis amat.  
Consilium post facta est inutile,  
Cum poteram recto transire Ceraunia velo,  
Vt fera vitarem saxa monendus eram.  
Nunc mihi naufragio quid prodest dicere factis,  
Qua mea debuerit currere cymba via?  
Turpe est, rebus aduersis amicum deserere,  
Turpe erit in miseris veteri tibi rebus amico,  
Auxilium nulla parte tulisse iuum.  
Turpe referre pedem, nec passu stare tenaci,  
Turpe laborantem deseruisse ratem.  
Turpe sequi casum, & fortunæ cedere amicum,  
Et nisi sit fœlix esse negare suum.  
Pericula expertus, facile terretur,  
Tranquillas etiam naufragus horret aquas.  
Qui semel est læsus fallaci pisci ab hamo,  
Omnibus vnca cibus era subesse putat.  
Sæpe canem visum longè fugit agna, lupumq;  
Credidit, & ipsa suam nescia vitat opem.  
Membra reformidant mollem quoq; saucia ractum.  
Vanag, sollicitis incitat vmbra merum.

In audiendis precibus optime spe-  
ctatur potentia,

Conspi-



Conspicitur nunquam meliore potentia causa,  
Quàm quoties vanas non sinit esse preces.  
Hominem homini opem ferre decet.  
Conueniens homini est hominem seruare voluptas  
Et melius nulla queritur arte fauor.  
Quis non Antiphaten, Læstrygona deuouet? aut quis  
Munifici mores improbet Alcinoi?  
Studium facit humanum.  
Adde quod ingenuas didicisse fideliter artes,  
Emollit mores, nec sinit esse feros.  
Aduortatio prodest.  
Acer & ad palmæ per se cursurus honores,  
Si tamen horteris, fortius ibit equus.

EX TERTIO LIBRO

Quidij, de Ponto.

Deus non mox semper exaudit,  
Non semper sacras reddunt oracula sortes,  
Ipsaq; non omni tempore fana patent.  
Vicinis pereuntibus etiam terremur.  
Cum feriant vnum, non vnum fulmina terrent,  
Iunctaq; percusso turba pauere solet.  
Cumq; dedit paries venturæ signa ruinæ,  
Sollicito vacuus fit locus ille metu.  
Quis non è timidis egri contagia vitat,  
Vicinum metuens ne trahat inde malum?  
Honestæ acta post mortem supersunt.

D 4

Corpo



Corpora debentur mæstis exanguia bustis,  
Effugiunt fructos nomen honosq; rogos.  
Oëcidit & Theseus, & qui comitauit Orestem.  
Sed tamen in laudes uiuit vterq; suas.  
Contra inuidiam.

Liuor iners vitium, mores non exit in altos,  
Vtq; latens ima vipera serpit humo,  
Non opus est bene habentibus medicus.  
Firma valent per se, nullumq; Machaona quarunt  
Ad medicam dubius confugit æger opem.  
Nouitas omnium rerum gratissima est.  
Est quoq; cunctarum nouitas gratissima rerum.  
Gratiaq; officio, quod mora tardat, abest.  
Post mortem auctoris scripta magis placent.  
Scripta placent à morte ferè, quia ledere viuos  
Liuor, & inuiso carpere dente solet.

Bona voluntas est laudanda,  
Vi desint vires, tamen est laudanda voluntas,  
Hac ego contentos auguror esse Deos.  
Hæc facit vt veniat pauper quoq; gratus ad aras,  
Et placeat cæso non minus agna, boue.  
Res gratior est, vbi oritur & abundat.  
Nam quanquam sapor est ablata dulcis in vnda,  
Gratius ex ipso fonte bibuntur aquæ.  
Et magis adducto pomum decerpere ramo,  
Quàm de cælata sumere lance iuuat.  
De clementia Dei.

Crede



*Crede mihi miseræ cœlestia numina parant,  
Non semper læsos & sine fine premunt,  
Quod non est assuerum, laborem recusat,  
Ductus ab armento taurus detrectat aratrum,  
Subtrahit & duro colla nouella iugo.  
Quædam vulnere curando fiunt maiora,  
Curando fieri quædam maiora videmus  
Vulnere, quæ melius non tetigisse fuit.  
Cura mors præstat.  
Mitius ille perit, subita qui mergitur vnda,  
Quàm sua qui liquidis brachia lassat aquis.  
Aliud est sentire, aliud tollere morbum.  
Non eadem ratio est sentire & demere morbos,  
Sensus inest cunctis, tollitur arte malum.  
Corrigere opus maius est quam scribere,  
Scribentem iuuat ipse fauor, minuitq; laborem,  
Cumq; suo crescens pectore feruet opus.  
Corrigere at res est tantò magis ardua, quantò  
Magnus Aristarcho maior Homerus erat.*

EX QVARTO LIBRO

Ouidij, de Ponto.

*Virtus laudata crescit,  
Excitat auditor studium, laudatq; virtus  
Crescit, & immensum gloria calcar habet.  
De fragilitate rerum humanarum,  
Omnia sunt hominum tenui pendentia filo,  
Et subito casu quæ valere ruunt.*

D 5

18



Regional-  
bibliothek  
Neubrandenburg

[https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1869495985/phys\\_0059](https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1869495985/phys_0059)

Mecklenburg  
Vorpommern



In eandem sententiam] *ad hunc*  
Ludit in humanis diuina potentia rebus,  
Et certam praesens vix habet hora fidem.

Nihil est adeo miserum, vt non ex aliqua  
parte releuetur.

Nulla dies adeo est australibus humida nimbis,  
Non intermissis vt fluat imber aquis.

Nec sterilis locus vllus ita est, vt non sit in illo  
Mista ferè duris utilis herba rubis,

Nil adeo fortuna grauis miserabile fecit,  
Vt minuant nulla gaudia parte malum.

Qui tantum dat, quantum potest, satis  
gratus est.

*gratitudo.* Sed qui quam potuit, dat maxima, gratus abundè est,  
Et finem pietas contigit illa suum,

Nec quae de parua pauper Dijs libat acerra,  
Thura minus, grandi quam data lance, iuuant.  
De vi carminis.

Carmine fit viuax virtus, expersq; sepulchri,  
Notitiam veræ posteritatis habet.

De vi temporis.

Tabida consumit ferrum lapidemq; vetustas,  
Nullaq; res maior tempore robur habet.

De vi vsus.

Gutta cauat lapidem, consumitur annulus vsu,  
Et teritur pressa vomer aduncus humo,  
Facile est, volenti alterum amare,

*Sed*



Sed præstandus amor, res non onerosa volenti,  
Quis labor est puram non temerasse fidem &  
Certo tempore homines sunt  
consolandi.

Temporis officium solatia dicere certi est,  
Dum dolor in cursu est, dum petit ager apem.

At cum longa dies sedauit vulnera mentis,

Intempestiue qui mouet illa, nouat.

Tam mala, quam bona sunt insignia &  
famosa.

Tam mala Therisitem prohibebat forma latere,  
Quam pulchra Nereus conspiciendus erat.

#### EX CONSOLATIONE

Ouidij, ad Liuiam.

Omnibus moriendum est.

Fata manent omnes, omnes expectat auarus

Fortitor, & turbæ vix satis vna ratio.

Tendimus huc omnes, metam properamus ad vnâ.

Omnia sub leges mors vocat atra suas.

Finis selectorum versuum.

PETRVS CAVCONIVS AD PVE-

rum. literarum studiosum.

Qui cupis ex dulci tibi ferta parare vireto.

Hinc varios flores accipe chare puer.

EX



EX O. HORATIO FLACCO

Ode secunda, libri secundi, ad  
Crispum Salustium.

De fugienda avaritia.

**N**illus argento color est auavis  
Abdito terris, inimice lamnae  
Crispe Salusti, nisi temperato  
Splendeat vsu.

Viuet extento Proculeius auro,  
Notus in fratres animi paterni,  
Illum aget penna metuente solui

Fama superstes.

Latius regnes auidum domando  
Spiritus quam si Libyam remotis  
Gadibus iungas, & vterq; Pœnus

Seruiat vni.

Crescit indulgens sibi dirus hydrops,  
Nec sitim pellit, nisi causa morbi  
Fugerit venis, & aquosus albo

Corpore languor.

Redditam Cyri solio Pbraaten  
Disidens plebi numero beatorum  
Eximit virtus, populumq; falsis

Dedocet vti

Vocibus: regnum, & diadema tutum  
Deferens vni, propriamq; laurum  
Quisquis ingentis oculo irretorto

Spectat acervos.

Eius-



EIVSDEM HORATII ODE EX

Lib. II. ad Lycinium.

De seruanda mediocritate.

**R**edius viues Lycini, neq; altum  
semper vrgendo, neq; dum procellas  
Cautus horrescu, nimium premende  
Littus iniquum.

Auream quisquis mediocritatem  
Diligit, tutus caret obsoleri  
Sordibus tecti, caret inuidenda

Sobrius aula.

Sapius ventis agitur ingens  
Pinus & celsa grauiore casu  
Decidunt turres, feriuntq; summos  
Fulgmina montes.

Sperat infestis, metuit secundis  
Alteram sortem benè preparatum  
Pectus, informeis hyemes reducit

Iuppiter idem.

Submouet, non si male nunc, & olim  
Sicerit, quondam cythara tacentem  
Suscitat Musam, neq; semper arcum.

Tendit apollo.

Rebus angustis animosus, atq;  
Fortis appare, sapienter idem  
Contrahes vento nimium secundo

Turgida vela.

Ex



Regional-  
bibliothek  
Neubrandenburg

[https://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn1869495985/phys\\_0063](https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1869495985/phys_0063)

Mecklenburg  
Vorpommern



EX EODEM ODE XVI. LIBRI  
secundi, ad Grosshumm.

De ocio.

**O** Cium diuos rogat in patenti  
Prensus Ægeo, simul atra nubes  
Condidit Lunam, neq; certa fulgent,  
Sidera nautis.

Ocium bello furiosa Thrace,  
Ocium Medi pharetra decori,  
Grosshe non gemmis, neq; purpura ve-  
nale, nec auro.

Non enim gazæ, neq; consularis,  
Summouet licitor miseros tumultus  
Mentis, & curas laqueata circum,  
Tecla volanteis.

Viuitur paruo benè cui paternum  
Splendet in mensa tenui salinum,  
Nec leueis somnos timor, aut cupido  
Sordidus aufere.

Quid breui fortes iaculamur æuo  
Multa? quid terras alio calentes  
Sole mutamus? patria quæ exul  
Se quoq; fugit?

Scandit aratas vitiosa naueis  
Cura, nec turbas equitum relinquit,  
Ocyor ceruû, & agente nimbos

Ocyor Euro.

Latino



Lætus in præsens animus, quod ultra est  
Oderit curare, & amara lento  
Temperet risu: Nihil est ab omni

Parte beatum.

Abstulit clarum cita mors Achillem,  
Longa Tithonum minuit senectus,  
Et mihi forsan, tibi quod negarit,

Porriget hora

Te greges centum, siculeq; circum  
Mugiunt vacca, tibi tollit hinnitum  
Apta quadrigæ equa, te bis Afro

Murice tinctæ

Vestiunt lana, mihi parua rura, &  
Spiritus Graiæ tenuem Camœnæ.  
Parca non mendax dedit, & malignum  
Spernere vulgus,

F I N I S.



I. Item in praesentibus...  
Obiit curiae &...  
Tempore...  
Pater...  
Mater...  
Sponsus...  
Sponsa...  
Filius...  
Filia...  
Spiritus...  
Sacerdos...

F I N I S





Regional-  
bibliothek  
Neubrandenburg

[https://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn1869495985/phys\\_0067](https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1869495985/phys_0067)

Mecklenburg  
Vorpommern 



Regional-  
bibliothek  
Neubrandenburg

[https://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn1869495985/phys\\_0068](https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1869495985/phys_0068)

Mecklenburg  
Vorpommern 

EX EODEM ODE XVI. LIBRI  
secundi, ad Grofphum.

De ocio.

**O**cium diuos rogat in patenti  
Prenfus Ægeo, simul atra nubes  
Condedit Lunam, neq; certa fulgent,  
Sidera nautis.

Ocium bello furiosa Thrace,  
Ocium Medi pharetra decori.  
Grofphæ non gemmis, neq; purpura ve-  
nale, nec auro.

Non enim gaza, neq; consularis,  
Summouet licitor miseros tumultus  
Mentis, & curas laqueata circum,  
Tecla volanteis.

Viuitur paruo benè cui paternum  
Splendet in mensa tenui salinum,  
Nec leueis somnos timor, aut cupido  
Sordidum

Quid breui fortes iaculamur  
Multa? quid terras alio  
Sole mutamus? patri

Scandit æra  
Cura, p  
Ocyor

Ocyor Euro.

Læno

Læno in præfens animus, quod vltra est  
Oderit curare, & amara lento  
Temperet risu: Nihil est ab omni

Parte beatur

Abstulit clarum cita mors Achillem  
Longa Titbonum minuit senect  
Et mihi forsan, tibi quod

Te greges centum,  
Mugiant vacca  
Apra quad

Vel  
10 09 03 02 01 C7 B7 A7 C8 B8 A8 C9 B9  
UB Rostock  
e tincla  
ara, &  
Camæna.  
dit, & malignum  
Spernere vulgus.

FINIS.

